

Maior decet medicam *λόγιμοστιλη* moderatio. Cuius stabiliendæ ergò, percōtabimur nonnihil, quanto discrimine, à plurium s̄eculorum vſitata medicandi consuetudine abscedantij, quos nouorum remediorum nouis præparationibus, Asclepiadei populi primarios viros esse, vno ore plures consentiunt. Si enim rectè ominor, *πάνω πανώς*, nimirum ea, quæ communia sunt, nouo, hoc est, minus cōsueto hactenus agédi modo, factitare deprehendentur: vt nulla re amplius bonos viros, inter quos benè agier, dirimente, animis vtrinq; studiorum cōmunitate, eodemq; iuuandi desiderio conciliatis, iunctis viribus conferant se ad communem humanæ salubritatis hostem, infesta morborum agmina subuertenda.



A 3 CA-